

tecedentibus, merito insignem *καύχησιν*, seu *gloriationem*, instituere poterat: quae omnia vitae sanctimonia altius quippiam loquuntur. Alibi 2. CÒR. II. 17. luculentius pro doctrina pugnat *εὐκρίνεια*, quandoquidem ὡς illud, ibi expressum, nos minime moratur, 18) ac insuper sinceritas requisita, metuendis in doctrina *καπηλείαις* exserte opponitur. *Gnosticos* hic stringi, & *revelasse Apostolum*, quod a *Christo fuerat edoctus*, non abnuente CLERICO, HAMMONDVS assequitur. 19) Et GREGORIUS NAZIANZENSIS doctrinam hic adulterantes, miscentes, ventri - vaniloquosque, innoxium simpliciorum animorum cruorem effundentes, ac imperitos aliorum Aurigas, destinato consilio accusat. 20) Notabili scilicet indicio, *καπηλεία τῶ λόγῳ τῶ Θεῷ* veros, falsosque Doctores distin-

- 18) ὡς ἐξ ΕΙΛΙΚΡΙΝΕΙΑΣ λαλῶμεν, tanquam ex Sinceritate loquimur. Bene Erasmi Schmidius Tò ὡς hoc loco non tam similitudinem, notat, quam congruentiam, ipsamque rerum veritatem, - - - Idem iudica de κατ' ὅπερ. 2. Cor. III. 18. Versio N. T. cum Notis, ad 2. Cor. II. 17. p. 112. b. Plurima exempla vid. ap. GLASSIVM. Phil. S. L. III. Tr. V. Can. 28. p. 747. seqq.
- 19) Nov. Testam. ad 2. Cor. II. 17. p. 140. CLERICVS fallaces eius aetatis Doctores, Gnosticos, haec spectare, asserit pariter, allatisque Ignatii locis incertis, amplius illustrat. l. c. p. 140. seq.
- 20) Apologet. or. I. OO. Antverp. 1612. T. I. p. 8. Conf. ELIAE CRETENSIS Commentar. in Orat. I., ubi de Cauponibus, Antistitibus malis, & Magistris, nil sani dicentibus, plura. l. c. T. II. p. 46. D. RICH. BENTLEY Predigt von Pabstthum, in h. l. 2. Cor. II. 17. cum Annot. IO. COMMINS. A. 1718. GRAPIVS de Don. administr. & sanctif. E. 4. a. Conf. de iis, in quos vel δολῶν τὸν λόγον, vel αἰδῶως τὴν ἀλήθειαν φεράζειν, convenit, I. ALBERTI Observ. Philol. p. 359. seq. ubique Doctrina, ad virginis instar, incorrupta (ex h. l.) maneat. Id. in Pericul. Crit. p. 32.